



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Fvlginae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

*Artificis potui digitis animare colores,  
Spirataq; animos fallere voce diu.  
Ipsa meis stupuit natura expressa figuris,  
Meq; sibi fassa est artibus esse parem.  
Marmoreo tumulo Medices LAVRENTIVS hoc me  
Condidit: antè humili puluere tectus eram.*

---

FVLGINIAE.

---

IN D. FELICIANO.

**I**VLIO II. Opt. Maxim. Pontif. quod LVCA  
CIBO Episcopo Fulginij exorante, annuo sub-  
sidio Clerum perpetuò liberavit, Canonici li-  
beraliff. Principi POS. M. D. XII.

Clemente VII. Pont. Max. quod autore FRAN-  
CISCO ARMELINO, Medic. Presbyt. Cardin.  
S. R. E. & S. N. D. Camerario & Federico Flauio  
Archipresbytero supplice, XXV. aureorum num-  
mos, ad omnem rerum sacrarum apparatus addi-  
xerit, D. Feliciani Sacerdotes benè mer. POSS. M.  
D. XXVI.

IBIDEM.

*Ad mortem properas, vel si hinc paulum ipse moreris;  
Siste gradum, cœptum tutius vt sit iter.  
Tutum iter ad mortem, tutum si viuere temnas,  
Vt viuas, vita hæc cura sit vna tua.*

IBIDEM.

VGOLINO CRISPOLTO Perusia genus &  
nobilitatem, Veſtonium sedem, & honestas opes,  
Fulgina vxorem & vrnam dedit.

H 3

FANEN-